Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift

passionis. Ideo adiunxit secutus. amen amen dico uobis.
Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. multum fructum affert. Se ipsum autem
dicebat esse mortificandum & multiplicandum.
Multiplicandum in fide omnium populorum. Mortificandum in infidelitate iudeorum. Iam uero exhortans
discipulos suos ad passionis suae uestigia sectando ait. Qui amat animam suam perdet
eam. Quod duobus modis intelligi potest. Qui amat
perdet. idest si amas perde. Si cupis uitam tenere
in xpo. noli timere mori pro xpo. Iste alio modo.
Qui amat animam suam perdet eam. Noli amare in
hac uita. ne perdas in aeterna uita. Hoc autem quod
posterius dixi. magis uidetur habere euangelicus
sensus. Sequitur. Et quicumque odit animam suam in hoc
mundo. in aeternam uitam custodit eam. Ergo quod supra
dictum est. qui amat subintelligitur in hoc mundo.
ipse uero perdet. Qui autem odit utique in hoc mundo.
in uitam aeternam ipse custodit eam. Magna & mira
sententia quae admodum sit hoc animam suam